Sanctiſsimi D. N.

INNOCENTII

DIVINA PROVIDENTIA

PAPÆ XI.

Confirmatio Indulgentiarum Fratrum Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum.





ROMAE, Typis Reu. Cam. Apoſt. 1679.



INNOCENTIVS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EXPONI Nobis nuper fecit dilectus filius Iosephus Linas Procurator Generalis Ordinis fratrum Beatæ Mariæ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum, quòd aliàs Summarium Indulgen-

tiarum Confraternitatibus ſub titulo eiuſdem B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum in Eccleſijs dicti Ordinis canonicè erectis, & erigendis á Sede Apoſtolica conceſſarum confectum, ac à Congregatione Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Indulgentijs, & Sacris Reliquijs præpoſitorum, recognitum, & approbatum fuit, tenoris, qui ſequitur, videlicèt. Indulgentiæ conceſſæ Confraternitatibus B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum in Eccleſijs Ordinis eiuſdem B. Mariæ erectis, & erigendis. Primò, omnibus vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus verè pœniteñ, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Confraternitatibus dicti Ordinis ingredientur, die primo eorum ingreſſus, indulgentiam plenariam, & omnium peccatorum remiſſionem. Secundò, eiſdem Confratribus,& Conſororibus in cuiuſlibet eorum mortis articulo, ſi verè pœniteñ, & confeſſi, ac Sacra Communione refecti, quatenùs id commodè facere potuerint, vel ſaltèm contriti nomen IESV ore, ſi potuerint, ſin minùs corde deuotè inuocauerint, & plenariam, & omnium peccatorum remiſſionem. Tertiò, eiſdem Confratribus, & Conſororibus, verè

rè pœniteñ, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesijs dicti Ordinis, vel Oratorium earumdem Confraternitatum Dominica proximiori Kalendis Augusti à primis Vesperis, vsque ad occasum Solis Dominicæ huiusmodi, singulis annis, deuotè visitauerint, Plenariam etiam omnium peccatorum suorum remissionem. Quartò, eisdem Confratribus, & Consororibus verè pœniteñ, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui primæ processioni, tempore publicationis Missionis Religiosorum dicti Ordinis ad Redemptionem Captiuorum fieri solitę deuotè interfuerint, & pro Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, Principum Christianorum vnione, concordia, & pace, hæresum extirpatione, infidelium conuersione, ac Romani Pontificis salute, pias ad Deum preces fuderint, plenariam etiam omnium peccatorum remissionem. Quintò, eisdem Confratribus, & Consororibus similitèr verè pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui Processioni scapulari, semel quolibet mense facieñ deuotè interfuerint, & vt præfertur orauerint, plenariam etiam omnium peccatorum remissionem. Sextò, Confratribus, & Consororibus supradictis

verè pœniten̄, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui ſecundę Proceſsioni in gratiarum actionem poſt Captiuorum Redemptionem fieri ſolitæ deuotè interfuerint, & vt ſuprà orauerint, plenariam etiam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem. Septimò, eiſdem Confratribus, & Confororibus verè pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui ad partes infidelium captiuos redimendi gratia, ſe tranſtulerint, atque, vt ſupra orauerint, plenariam etiam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem. Octauò, eiſdem Confratribus, & Conſororibus, qui de dictis partibus infidelium, poſt Captiuorum redemptionem reuerſi fuerint, verè pœniten̄, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, vt ſupra orauerint, plenariam, omniumque peccatorum remiſſionem. Nonò, ipſiſmet Captiuis redemptis, qui intrà menſem à die eorum redemptionis inchoan̄, verè pœniten̄, & confeſsi, ac eadem Sacra Communione refecti, vt ſupra orauerint, plenariam etiam omnium peccatorum ſuorum remiſsionem. X. Eiſdem Confratribus, & Conſororibus, qui veré pęniten̄, & confeſsi ſemel in quolibet menſe Sanctiſsimum Eucharistiæ Sacramentum ſumpſerint,

ac habitum dictæ Confraternitatis detulerint septem annos, & totidē quadragenas. XI. Eisdem Confratribus, & Consororibus, qui verè peniteñ, & confessi in Domini Nostri IESV Christi festis Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, ac habitum dictæ Confraternitatis detulerint septem annos, & totidem quadragenas. XII. Eisdem Confratribus, & Consororibus, qui verè peniteñ, & confessi in B. Mariæ Virginis festiuitatibus Sanctissimum Eucharistię Sacramentum sumpserint, & habitum supradictum detulerint septem annos, & totidem quadragenas. XIII. Eisdem Confratribus, & Consororibus, qui veré peniteñ, & confessi in Sanctorum Ordinis B. Mariæ de Mercede festis diebus Sanctissimum Eucharistię Sacramentum sumpserint, & supradictum habitum detulerint septem annos, & totidem quadragenas. XIV. Eisdem Confratribus, & Consororibus, qui singulis diebus per annum integrum, ter Orationem dominicam, ac toties salutationē Angelicam, vel Symbolum Apostolorum ad Captiuis Christianis patientiam, & fortitudinem impetrandam, nè nomen Domini Nostri IESV Christi negent, sed constantes in fide persistant, & quantò magis citiùs liberentur,

recitauerint, septem annos, & totidem quadragenas. XV. Eisdem Confratribus, & Consororibus, qui confessi, vel saltem firmum propositum confitendi habuerint, & habitum supradictum detulerint, ac singulis diebus septies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam ad gloriam, & honorem B. Mariæ Virginis Dei Matris recitauerint, septem annos, & totidem quadragenas. XVI. Eisdem Confratribus, & Consororibus verè pœniteñ, & confessis, vel firmum propositum confitendi habentibus, qui supradictum habitum detulerint, & Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum ad infirmos deferẽ comitati fuerint, aut si impediti comitari non potuerint, Campanæ ad id signo dato flexis genibus septies Orationem Dominicam & toties Salutationem Angelicam pro dicto infirmo recitauerint septem annos, & totidem quadragenas. XVII. Eisdem Confratribus, & Consororibus, qui confessi, vel saltèm firmum propositum confitendi habentes supradictum habitum detulerint, & pauperes captiuos redemptos hospitio susceperint septem annos, & totidem quadragenas. XVIII. Eisdem Confratribus, & Consororibus, qui confessi, vel firmum propositum confitendi ha-

ben-

bentes similitèr supradictum habitum deferentes supradictos Captiuos redemptos ad Ecclesias dicti Ordinis, vel ad Oratoria Confraternitatum locorum habitationis dictorum Captiuorum comitati fuerint, septem annos, & totidem quadragenas. XIX. Eisdem Confratribus, & Consororibus, qui in Vigilijs festiuitatum Beatæ Mariæ Virginis Dei Matris ieiunauerint, tres annos, & tres quadragenas. XX. Eisdem Confratribus, & Consororibus, qui in Vigilijs festorum Domini Nostri IESV Christi ieiunauerint tres annos, & tres quadragenas. XXI. Eisdem Confratribus, & Consororibus, qui in Vigilijs Sanctorum Ordinis B. Mariæ Virginis de Mercede ieiunauerint tres annos, & totidem quadragenas. XXII. Eisdem Confratribus, & Consororibus, qui singulis sextis ferijs, Sabbathis cuiuslibet hebdomadæ ad gloriam, & honorem Dei, ac Beatæ Mariæ Virginis ieiunauerint tres annos, & totidem quadragenas. XXIII. Eisdem Confratribus, & Consororibus, qui sepeliendis mortuis officiosè interfuerint, tres annos, & totidem quadragenas. XXIV. Eisdem Confratribus, & Consororibus, qui Missis, & alijs diuinis officijs in Ecclesijs, seù Cappellis dicti Ordinis, vel eiusdem

dem

dem Confraternitatis more Confratrum celebrāñ deuotè interfuerint tres annos, & totidem quadragenas. XXV. Eiſdem Confratribus, & Conſororibus, qui Congregationibus publicis, vel priuatis pro quocumque opere pio faciendo deuotè interfuerint tres annos, & totidem quadragenas. XXVI. Eiſdem Confratribus, & Conſororibus, qui pauperes Peregrinos, vel fratres dicti Ordinis hoſpitio ſuſceperint, tres annos, & totidem quadragenas. XXVII. Eiſdem Confratribus, & Conſororibus, qui pacem inter inimicos proprios, vel alienos compoſuerint tres annos, & totidem quadragenas. XXVIII. Eiſdem Confratribus, & Conſororibus, qui deuium aliquem ad viam ſalutis reduxerint tres annos, & totidem quadragenas. XXIX. Eiſdem Cōfratribus, & Conſororibus, qui ignorantes præcepta Dei, & ea, quæ ad ſalutem ſunt, docuerint, tres annos, & totidem quadragenas. XXX. Eiſdem Confratribus, & Conſororibus, qui quinquies Orationem dominicam, & totidem Salutationem Angelicam pro animabus Confratrum defunctorum recitauerint, tres annos, & totidem quadragenas. XXXI. Eiſdem Confratribus, & Conſororibus, qui pauperes Virgines de proprio in matri-

trimonio collocauerint, & non de aliquo legato pio ad id relicto, vel relinquendo tres annos, & totidem quadragenas. XXXII. Eisdem Confratribus, & Consororibus Sua Sanctitas supradictas Indulgentias, & peccatorum remissiones per modum suffragij pro animabus defunctorum applicari posse indulxit. Die festo S. Antonij Abbatis xvij. Ianuarij, quo die à Sancta Sede fuit facta confirmatio dicti Ordinis. Prima die Quadragesimæ idest feria quarta Cinerum. Die festo S. Petri Nolasco fundatoris dicti Ordinis. Die festo S. Laurentij Martyris decima Augusti, quo fundatus fuit dictus Ordo, ex reuelatione Beatæ Mariæ Virginis anno M.CC.XVIII. Die festo S. Catharinæ Virginis, & Martyris xxv. Nouembris orationum, ieiuniorum, Missarum, aliorumque bonorum operum, quæ in dicto Ordine fiunt, communicatione participes erunt soli Confratres, & Consorores dictæ Confraternitatis, qui verè pœniteñ, & confessi, ac Sacra Communione refecti, genuflexi functioni, quam vocant benedictionem, & generalem absolutionem (licèt à culpa non fiat propria absolutio, vt Clemens VIII. declarauit) in Ecclesijs dicti Ordinis faciendæ, non in alijs præsentes reperientur,

& quia

& quia dictus Ordo Populum cum scripturis manuscriptis, vel impressis inuitare non solet Confratres, & Consorores, & debito tempore conueniant cum debita præparatione, vt tanti boni participes fiant. Clemens VIII. Constitut. 79. & 85. Quæ concessio confirmata fuit à Sa: me: Clemente X. provt constat per Breue sub Dat. apud S. Mariam Maiorem die xiij. mensis Maij M. DC. LXXIII. Pontificatus eiusdem anno quarto, quod incipit ex Iniuncto Nobis &c. Indulgentiæ concessæ à Sanctissimo Domino Nostro Clemente Papa X. omnibus Christifidelibus. Clemens Papa X. omnibus vtriusque sexus Christifidelibus verè pœniteñ, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesijs supradicti Ordinis à primis Vesperis, vsque ad occasum Solis infrascriptorum festorum, deuotè visitauerint, & ibi pro Sanctæ fidei Catholicæ exaltatione, hæresum extirpatione, ac inter Principes Christianos concordia pias ad Deum preces effuderint, Indulgentiam plenariam perpetuam in diebus festis sequentibus concessit, scilicèt. Die festo S. Petri Nolasco dicti Ordinis fundatoris die xxxj. Ianuarij Indulgentiam plenariam, & omnium peccatorum remissionem. Die festo Sancti

Io-

Iosephi Beatæ Mariæ Virginis Sponsi xix. Martij Plenariam, &c. Die festo apparitionis Sancti Michaelis Archangeli viij. Maij., quo die reformatus fuit dictus Ordo anno 1603. Plenariam,&c.Die festo Beatæ Mariæ de Mercede Dominica proximiori Kalendis Augusti celebrari solito in memoriam apparitionis Beatæ Mariæ Virginis Sanctorum Petri de Nolasco, & Raymundi de Peñafort, & Regis Aragoniæ Iacobi Primi istius nominis, & insinuando fundationem dicti Ordinis sub sua inuocatione ad redemptionem Captiuorum Christianorum, Plenariam, &c. Die festo Sancti Raymundi Nonnati dicti Ordinis professoris, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Diaconi xxxj. Augusti, Plenariam, &c. provt latiùs ex Breui sub Dat. Romæ die xx. Decembris M. DC. LXXIII. anno quarto. Hoc Summarium Indulgentiarum Procuratore Generali Ordinis instante fuit à Sacra Congregatione recognitum, & approbatum, Romæ die xxij. Nouembris M. DC. LXXVIII. A. Cardinalis Homodeus. Locus ✝ sigilli. Michael Angelus Riccius Secretarius. Cùm autem sicut eadem expositio subiungebat præfatus Iosephus Procurator Generalis Summarium huiusmodi pro firmiori illius subsistentia

Apo-

Apoſtolicæ confirmationis noſtrę patrocinio communiri ſummoperè deſideret. Nos ipſius Ioſephi Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino poſſumus fauorabilitèr annuere volentes, eumque à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequeñ harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes ſupplicationibus eius nomine nobis ſuper hoc humilitèr porrectis inclinati, de memoratorum Cardinalium conſilio præinſertum Summarium Indulgentiarum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ſalua tamen ſemper in præmiſsis auctoritate præfatæ Congregationis Cardinalium. Decernentes eaſdem præſentes litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſsimè ſuffragari; Sicque in præmiſsis per

quo-